

---

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

---

COMMENTARIUM OFFICIALE

---

*Directio:* Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

---

## ACTA FRANCISCI PP.

---

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CAMPENSIS

**In Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis nova Provincia Ecclesiastica Campensis appellanda conditur eademque Sedes ad dignitatem Ecclesiae Metropolitanae evehitur.**

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cuius oculis nuda est abyssus humanae conscientiae, Domino confiteamur quid de nobismet sciamus et quid nesciamus, quoniam et quod de nobis scimus, Eodem nos lucente scimus, et quod de nobis nescimus, tamdiu nescimus, donec fiant tenebrae nostrae sicut meridies in vultu eius (cfr s. Augustinus, *Confessiones*, X, 2, 2; 5, 7), qui intellegit cogitationes nostras de longe, ut per ministerium nostrum mundi cursus pacifico nobis eius ordine dirigatur (cfr *Miss. Rom.*, dom. VIII per annum: *collecta*), Dei gregis utilitati omnia consulentes, per quae animarum salus ac spiritualis fidelium fructus praestentur.

Proinde, catholicae Ecclesiae in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis spectantes incrementa, eiusdem Nobis cordi habentes et bonum, suadente Dicasterio pro Episcopis, prosperis praehabitis sententiis Confe-

rentiae Episcoporum Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis et Venerabilis Fratris Christophori Pierre, Archiepiscopi titulo Gunelensis et in istis Foederatis Civitatibus Apostolici Nuntii, reque mature perpensa, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, decernimus ac statuimus, ut, integris a metropolitana sede Sancti Francisci in California detractis territoriis dioecesium Campensis, Renensis et Civitatis Lacus Salsi, nova ex iisdem CAMPENSIS nuncupanda Provincia Ecclesiastica erigatur, in qua eandem ecclesiam Campensem ad gradum et dignitatem Ecclesiae metropolitanae omnibus cum iuribus, privilegiis et praerogativis ad normam canonum extollimus, cui suffraganeas subiciendas disponimus dioeceses Renensem et Civitatis Lacus Salsi.

Campensem hactenus Sacrorum Antistitem, Venerabilem Fratrem Georgium Leonem Thomas, ad officium Archiepiscopi Metropolitanae novae Provinciae Ecclesiasticae promovemus omnibus cum iuribus, facultatibus et obligationibus, quae huic muneri ad normam iuris competunt.

Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, executioni mandanda Venerabilem deputamus iam memoratum Fratrem Christophorum Pierre, eidem tribuentes necessarias et oportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum, de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito onere genuinum mittendi cum primum fas erit ad Dicasterium pro Episcopis peractae executionis exemplar.

Deum quaesumus, qui immensis nos replet muneribus misericordiae suae, ut clerus populusque huius Provinciae Ecclesiasticae paschalia mysteria moribus et vita altiore usque modo teneant.

Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die tricesimo mensis Maii, anno Domini bis-millesimo vicesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

PETRUS Card. PAROLIN  
*Secretarius Status*

✠ ROBERTUS FRANCISCUS PREVOST, O.S.A.  
*Praefectus Dicasterii  
pro Episcopis*

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*  
Villelmus Millea, *Proton. Apost.*

## II

## CUNEENSIS - FOSSANENSIS

**Cuneensis et Fossanensis dioeceses plene iunguntur et ipsius novae Ecclesiae nominatur Episcopus.**

## FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omni cum diligentia et cura Nostrum officium, quantum situm est in Nobis, explicare properamus, ut Domini salutaria beneficia et praecepta omnia loca contingant cunctosque efficaciter populos. Ideo Nos res disponere festinamus ut hoc facilius commodiusque eveniat. Quocirca cum Venerabilis Frater Petrus Delbosco, Ecclesiarum Cuneensis et Fossanensis in persona Episcopi unitarum Antistes, postulaverit ut duae hae dictiones plenius coniungerentur ad unam formandam Ecclesiam, quo efficacius pastorale opus absolveretur, favente quoque Venerabili Fratrem Aemilio Paulo Tscherrig, Archiepiscopo titulo Volitano et in Italia Apostolico Nuntio, suffragantibus iis quorum interest, de Dicasterio pro Episcopis consilio, Apostolica Nostra potestate usi statuimus et decernimus ut Cuneensis et Fossanensis dioeceses in unam Ecclesiam coalescant et constituent dioecesim quae Cuneensis-Fossanensis nuncupetur. Novae dioecesis sedem in urbe Cuneensi locamus, templumque ibidem cathedrale, Deo in honorem Sanctae Mariae vulgo "del Bosco" et Sancti Michaëlis Archangeli dicatum, eundem titulum condicionemque servabit. Novam constitutam Ecclesiam Metropolitanæ Sedis Taurinensis suffraganeam facimus. Sacra aedes Fossanensis, Deo in honorem Sanctae Mariae et Sancti Iuvenalis dicata, hactenus ecclesia cathedralis, titulum concathedralis sumit, in memoriam inclitæ et veteris traditionis. Unum habeatur Capitulum Cathedrale, quod quidem erit Capitulum ecclesiae cathedralis Sedis Episcopalis. Capitulum autem ecclesiae cathedralis Fossanensis nomen sumit Capituli Concathedralis. Pariter una sit Curia Episcopalis itemque unum Seminarium, Collegium Consultorum, Consilium Presbyterale, Consilium Pastorale, instituta apostolatus et alia quaelibet instituta dioecesana, ad iuris canonici normam. Instituta dioe-

sana pro Cleri sustentatione in unum coalescant. Nomen novae dioecesis Cuneensis - Fossanensis succedat illi singularum dioecesium Cuneensis et Fossanensis apud Tribunalia Ecclesiastica. Nova circumscriptio comprehendit territoria, paroecias ac bona quae ad utramque dioecesim antehac pertinuerunt ad normam can. 121 Codicis Iuris Canonici. Simul atque novae dioecesis constitutio ad effectum deducta erit, eo ipso sacerdotes et diaconi Ecclesiae illi censeantur incardinati qui ad pristinas dioeceses pertinuerunt.

Patrona principalis novae dioecesis eligitur Beata Maria Virgo Mater Divinae Providentiae; patroni secundarii autem eliguntur Sanctus Michaël Archangelus, Sanctus Dalmatius martyr et Sanctus Iuvenalis episcopus.

Ad haec perficienda deputamus memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, eo a Sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Italiam gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad idem Dicasterium pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Memoratae insuper novae dioecesis Cuneensis - Fossanensis Episcopum eligimus ac constituimus Venerabilem Fratrem Petrum Delbosco, hactenus Episcopum Cuneensem et Fossanensem, debitis datis ei iuribus congruisque impositis obligationibus. Speramus omnino has Nostras decisiones iuvare posse spiritalem progressum fidelium qui ad novam ecclesiam communitatem pertinent.

Hanc, denique, Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die primo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo vicesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

PETRUS Card. PAROLIN  
*Secretarius Status*

✠ ROBERTUS FRANCISCUS PREVOST, O.S.A.  
*Praefectus Dicasterii  
pro Episcopis*

Franciscus Piva, *Proton. Apost.*  
Caesar Burgazzi, *Proton. Apost.*

**LITTERAE APOSTOLICAE**

**Venerabilibus Dei Servis Ioanni Eliae Medina ac CXXVI Sociis caelitum Beatorum tribuitur dignitas.**

## FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Post haec vidi: et ecce turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu Agni, amicti stolis albis, et palmae in manibus eorum» (*Apc* 7, 9).

Veteris Testamenti adhortatio, quam pronuntiavit Moyses in deserto, veram studiosamque congruentiam invenit in CXVII Servorum Dei fidelitate et adhaesione ad Christum, qui maxima ex parte martyres facti sunt tribus in dioecesis Cordubensis locis, scilicet v.d. *La Campiña, Valle del Guadalquivir ac de la Sierra*. Aestivo autumnalique tempore annis MCMXXXVI-MCMXXXIX interfecti sunt, duobus tantum exceptis, quorum unus mense Februario anno MCMXXXVIII obiit et alter mense Iulio anno MCMXXXIX. Omnes pericula, iniurias ac iniquam denique damnationem sunt passi. Tunc temporis in Hispania, civile flagrante bello, qui se Ecclesiae Catholicae participes profitebantur, consecrati vel christifideles laici, rei publicae militum admodum saevam in odium fidei persecutionem pertulerunt. Ergo in nimii proprii amoris et violentiae solitudine mansuetudo et fiducia, quas hi Servi Dei ostenderunt, ut testimonium fulserunt Domino Iesu praebitum, qui Agnus, peccatum et mortem profligans, est immolatus. In diversis ordinibus vitae versantes, laudem unam, sui ipsius oblatione usque ad sanguinis effusionem, Deo adhibuerunt et una voce ei dederunt gloriam.

Presbyteri fuerunt:

1. IOANNES ELIAS MEDINA. In vico v.d. Castro del Río die XVI mensis Decembris anno MCMII natus, presbyteratus ordine auctus die I mensis Iulii anno MCMXXVI, patrii vici parochi munere fungebatur. Cum captus esset, viribus cunctis socios in carcere reclusos consolabatur. Die XXV mensis Septembris anno MCMXXXVI est interemptus, sicut et alii plurimi Servi Dei, fidem verbis *Vivat Christus Rex* profitens ac suis ignoscens percussoribus.

2. FRANCISCUS ALARCÓN RUBIO. Die XXVIII mensis Decembris anno MDCCCLXXIX natus, martyrium subiit die VIII mensis Octobris anno MCMXXXVI. Parochi munere fungebatur.

3. DIDACUS ALBAÑIL BARRENA. Die XXIX mensis Iunii anno MCMIII natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Administratoris paroecialis munus tuebatur.

4. FRANCISCUS ÁLVAREZ BAENA. Die XXII mensis Martii anno MDCCCLXXX natus, martyrium subiit die IV mensis Octobris anno MCMXXXVI. Episcopi ad christianam operariorum animationem promovendam cooperantis officium exsequebatur.

5. EMMANUEL ARENAS CASTRO. Die XX mensis Iulii anno MDCCCXCIX natus, martyrium subiit die II mensis Octobris anno MCMXXXVI. Parochus erat locorum Fuente Tójar et Castil de Campos.

6. LEOVIGILDUS ÁVALOS GONZÁLEZ. Die VI mensis Iulii anno MDCCCLXXVI natus, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere fungebatur.

7. IOSEPHUS AYALA GARRIDO. Die IX mensis Octobris anno MDCCCLXXXIII natus, martyrium subiit die XXVIII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochus erat loci Castro del Rio.

8. DIDACUS BALSAMEDA LÓPEZ. Anno MDCCCLXXVI natus, martyrium subiit die XVII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarius parochi erat loci Cabeza de Buey.

9. BLASIUS JESÚS BARBANCHO GONZÁLEZ. Die XXIX mensis Decembris anno MCMVI natus, martyrium subiit die XXIX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperantis pastoralis munere fungebatur Villaevitiosae.

10. FRANCISCUS BARBANCHO GONZÁLEZ. Anno MCMV natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi loci Belalcázar munere fungebatur.

11. DOROTHEUS BARRIONUEVO PEÑA. Die XXIX mensis Iulii anno MCMII natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Administratoris paroecialis munere fungebatur loci Aldea de Cuenca.

12. FRANCISCUS BEJARANO FERNÁNDEZ. Die I mensis Iunii anno MDCCCLXXVII natus, martyrium subiit die XXVI mensis Februarii anno MCMXXXVIII. Cooperatoris pastoralis munere fungebatur loci Añora.

13. ANTONIUS BENÍTEZ ARIAS. Die VI mensis Iulii anno MCMVII natus, martyrium subiit die XXI mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi loci Castro del Rio munere fungebatur.

14. ANTONIUS BLANCO MUÑOZ. Die XXX mensis Martii anno MDCCCLXXI natus, martyrium subiit die XX mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cappellani carceris munus sustinebat.

15. MICHAËL BORREGO AMO. Die XXIX mensis Aprilis anno MDCCCXCIX natus, martyrium subiit die X mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis in paroeciis locorum Lancha et Adamuz munere fungebatur.

16. PAULUS BRULL CARRASCO. Die XV mensis Augusti anno MDCCCLXXXI natus, martyrium subiit die XXIX mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochi officium loci Baena gerebat.

17. ANTONIUS CABRERA CALERO. Die I mensis Maii anno MCMVII natus, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi adiutoris munere loci Pedroche fungebatur.

18. CANDIDUS DEL CACHO CRUZ. Die III mensis Octobris anno MDCCCLXXXVI natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis in paroecia Fuente Obejuna officium sustinebat.

19. IACOBUS CALERO REDONDO. Die XXVII mensis Iulii anno MDCCCLXIX natus, martyrium subiit die XIX mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Villa del Rio.

20. ADOLFUS BONIFACIO CAMACHO CABALLERO. Die XXVII mensis Septembris anno MDCCCLXXXI natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in locis Monterrubio et Castuera fungebatur.

21. IOSEPHUS CAMACHO MORENO. Die V mensis Ianuarii anno MDCCCXCI natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Belalcázar.

22. ALFONSUS CANALES ROJAS. Die XII mensis Maii anno MCMV, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in locis Almodóvar del Río et Pedro Abad fungebatur.

23. IOANNES CANO GÓMEZ. Die XXVIII mensis Februarii anno MDCCCLXIII natus, martyrium subiit die XIX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Bujalante fungebatur.

24. ACISCLUS JUAN CARMONA LÓPEZ. Die XVII mensis Novembris anno MDCCCLXXI natus, martyrium subiit die II mensis Octobris anno MCMXXXVI. Parochus erat in locis Doña Rama et El Hoyo.

25. IGNATIUS CARRETERO SOBRINO. Die I mensis Februarii anno MDCCCLXXIX natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis officio in loco Cañada de Gamu fungebatur.

26. BARTHOLOMAEUS CARRILLO FERNÁNDEZ. Die IX mensis Septembris anno MDCCCXCVII natus, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Baena.

27. IOSEPHUS CASTRO DÍAZ. Die IX mensis Februarii anno MDCCCLXXXVIII natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. In loco Fuente Obejuna erat Parochus.

28. IOANNES CASTRO LUQUE. Anno MDCCCLXXII natus, martyrium subiit die XXV mensis Septembris anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Castro del Río fungebatur.

29. RAPHAËL CONTRERAS LEVA. Die XXIX mensis Aprilis anno MCM I natus, martyrium subiit die XXIX mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munus gerebat in loco Baena.

30. IOSEPHUS DE LA CRUZ GARCÍA-ARÉVALO. Die V mensis Ianuarii anno MDCCCLXXIII natus, martyrium subiit die I mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis erat in loco Dos Torres.

31. FRANCISCUS ESCURA FOIX. Die XXII mensis Maii anno MDCCCXCVIII natus, martyrium subiit die VI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere fungebatur.



32. ANTONIUS FERNÁNDEZ APARICIO. Die XVIII mensis Aprilis anno MDCCCLXXVII natus, martyrium subiit die XVIII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis erat in loco Pozoblanco.

33. MARIANUS FERNÁNDEZ-TENLLADO ROLDÁN. Die VIII mensis Novembris anno MDCCCXCV natus, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI. In loco Posadas parochi munere fungebatur.

34. ARTURUS FRANCO CASTRO. Die XVI mensis Decembris anno MDCCCLXXVIII natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. In loco Fernán Núñez cooperatoris pastoralis munere fungebatur.

35. ALFONSUS GALLARDO MORENO. Die XX mensis Novembris anno MCM I natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Puente Genil fungebatur.

36. FRANCISCUS GARCÍA PAREJA. Die VII mensis Iulii anno MDCCCLXXVII natus, martyrium subiit mense Augusto anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Bujalance fungebatur.

37. GREGORIUS GÓMEZ MOLINA. Die IX mensis Maii anno DCCCLXXXVII natus, martyrium subiit die X mensis Augusti anno MCMXXXVI. Administrator parochialis erat in loco Adamuz.

38. IOSEPHUS GONZÁLEZ PÉREZ. Die XXI mensis Martii anno MCM I natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Villanueva fungebatur.

39. ALFONSUS GUADIX FUENTE-ROBLES. Die IX mensis Decembris anno MDCCCLXXII natus, martyrium subiit mense Augusto anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Bujalance fungebatur.

40. ANTONIUS GUTIÉRREZ MORALES. Die XV mensis Februarii anno MCMVIII natus, martyrium subiit die XXIII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi in loco Bujalance munus gerebat.

41. ANDREAS VICENTE HELGUERA MUÑOZ. Die XXVII mensis Octobris anno MDCCCLXXIX natus, martyrium subiit die XXII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi officium in loco Castuera sustinebat.

42. IOANNES DE LA CRUZ HERRUZO RUIZ. Die XXIV mensis Novembris anno MDCCCLXXXIV natus, martyrium subiit die XXI mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Alcaracejosr.

43. NICOLAUS HIDALGO GARCÍA. Die VII mensis Decembris anno MDCCCLXX natus, martyrium subiit die XXI mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Bajalance fungebatur.

44. ANTONIUS HUERTAS VARGAS. Die XXX mensis Iulii anno MDCCCLXXXVI natus, martyrium subiit die XII mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere Cañete de las Torres fungebatur.

45. ALOISIUS LEÓN MUÑOZ. Die XVIII mensis Maii anno MDCCCLXXXVIII natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munus in loco El Carpio exsequebatur.

46. IOSEPHUS LÓPEZ CÁCERES. Die XXII mensis Aprilis anno MCMIV natus, martyrium subiit die IV mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis in loco Puente Genil et Espejo atque parochi in loco Santa Eufemia munere fungebatur.

47. ALFONSUS LÓPEZ MORALES. Die XXIII mensis Ianuarii anno MDCCCLXXI natus, martyrium subiit die XVII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munus in loco Santa Eufemia agebat.

48. IOANNES LUCENA RIVAS. Die IV mensis Ianuarii anno MDCCCXCV natus, martyrium subiit die XXVII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Puente Genil fungebatur.

49. PETRUS LUQUE CANO. Die V mensis Octobris anno MDCCCLXXIII natus, martyrium subiit die XXII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cappellani valetudinarii in loco Montoro munere fungebatur.

50. ANTONIUS LUQUE JURADO. Die XXIV mensis Iulii anno MDCCCLXXIV natus, martyrium subiit die XIV mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munus in loco Belalcázar agebat.

51. BALDOMARUS MÁRQUEZ GARCÍA-MARIBELLO. Die XXVII mensis Februarii anno MDCCCLXIX natus, martyrium subiit die XXVII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis erat in loco Hinojosa del Duque.

52. THEODORUS MARTÍN CAMACHO. Die II mensis Septembris anno MDCCCXCIV natus, martyrium subiit die XV mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Bajalance fungebatur.

53. RAPHAËL MARTÍNEZ NAVARRO. Die XXI mensis Iunii anno MDCCCLXXVII natus, martyrium subiit die XXX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cathedralis Cordubensis erat canonicus et caerimoniarum magister.

54. LAURENTIUS DE MEDINA GARCÍA. Die I mensis Octobris anno MDCCCLXVII natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cappellanus erat in loco Belalcázar.

55. ANTONIUS MOLINA ARIZA. Die XVI mensis Augusti anno MCMIV natus, martyrium subiit die XII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Hornachuelo fungebatur.

56. RICHARDUS MORALES GARCÍA. Die XXXI mensis Martii anno MDCCCXCIX natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munus in loco Puente Genil sustinebat.

57. IOSEPHUS MORALES RUIZ. Die VIII mensis Maii anno MDCCCLXXXVI natus, martyrium subiit die XXII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarius parochi in loco El Viso erat.

58. IUSTUS MORENO LUQUE. Die VIII mensis Novembris anno MDCCCLXXXIII natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Montemayor fungebatur.

59. THARSICIUS MORENO REDONDO. Die XV mensis Augusti anno MCMIX natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Villanueva fungebatur.

60. IOANNES MUÑOZ MEDIAVILLA. Die II mensis Decembris anno MDCCCLXVIII natus, martyrium subiit die XXIX mensis Novembris anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munus in loco Cabeza del Buey gerebat.

61. IOANNES NAVAS RODRÍGUEZ-CARRETERO. Die XXIII mensis Februarii anno MDCCCXCII natus, martyrium subiit die XVI mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Palma de Rio.

62. IOANNES IOSEPHUS ORELLANA DEL MORAL. Die IV mensis Septembris anno MDCCCLXX natus, martyrium subiit die XVI mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munus in locis Montalbán et Espej agebat.

63. LAURENTIUS PÉREZ PORRAS. Die V mensis Septembris anno MDCCCLXXI natus, martyrium subiit die XXVII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in loco Puente Genil fungebatur.

64. ANTONIUS PÉREZ VACAS. Die VIII mensis Aprilis anno MDCCCLXV natus, martyrium subiit die XXIX mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere fungebatur.

65. IOSEPHUS PINEDA CEJAS. Die XIII mensis Februarii anno MCM natus, martyrium subiit die XXVII mensis Iulii anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis erat in loco Puente Genil.

66. IOANNES PORRAS REDONDO. Die XII mensis Iunii anno MDCCCXCIV natus, martyrium subiit die XXI mensis Septembris anno MCMXXXVI. Parochi in locis Azuel-Cardaña, El Carpio, Pedroche et Ojuelos Altos munere fungebatur.

67. ALOISIUS RAMÍREZ RAMÍREZ. Natus XI mensis Octobris anno MDCCCLXXXVII natus, martyrium subiit die XIII mensis Octobris anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis in locis Luque, El Carpio, Villaralto et Peñarroya-Pueblonuevo munere fungebatur.

68. RAPHAËL REYES MORENO. Die XXIV mensis Aprilis anno MDCCCLXXXVIII natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Parochi munus in loco Fernán Núñez exsequebatur.

69. IULIANUS RIVAS ROJANO. Die 16 mensis Februarii anno MDCCCLXXVIII natus, martyrium subiit die XIII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Parochus erat in loco Cabeza del Buey.

70. LAURENTIUS ATANASIO RODRÍGUEZ CORTÉS. Die XXVIII mensis Septembris anno MCMIII natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munere in loco Casturea fungebatur.

71. EMMANUEL RUIZ CABALLERO. Die II mensis Martii anno MDCCCLXX natus, martyrium subiit die II mensis Octobris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in loco Hinojosa del Duque fungebatur.

72. FRANCISCUS SALAMANCA BUJALANCE. Die VIII mensis Decembris anno MDCCCLXXV natus, martyrium subiit die XII mensis Iulii anno MCMXXXIX. Parochus erat in loco Añora.

73. IESUS DE SANDE TENA. Die X mensis Augusti anno MDCCCXCIX natus, martyrium subiit die XXVII mensis Septembris anno MCMXXXVI. Parochi munere in loco Villaharta fungebatur.

74. ANDREA SERRANO MUÑOZ. Die III mensis Februarii anno MDCCCLXXXIV natus, martyrium subiit die XIII mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cooperator pastoralis erat in loco Cabeza del Buey.

75. PETRUS SIMANCAS VALDERRAMAS. Die XXVIII mensis Aprilis anno MDCCCLXXII natus, martyrium subiit die XXIX mensis Novembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in loco Cabeza del Buey fungebatur.

76. BERNARDUS SUÁREZ JURADO. Die XXXI mensis Martii anno MCMX natus, martyrium subiit die XV mensis Septembris anno MCMXXXVI. Vicarii parochi officium in loco Cañete de las Torres sustinebat.

77. ANTONIUS FRUTOS TENA AMAYA. Die XXV mensis Iunii anno MCMV natus, martyrium subiit die III mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in loco Peraleda del Zaucejo fungebatur.

78. ANGELUS DE TENA MARTÍN. Die IX mensis Septembris anno MDCCCLXXXIII natus, martyrium subiit die XXV mensis Augusti anno MCMXXXVI. Vicarii parochi munus in loco Hinojosa gerebat.

79. AMBROSIVS TORRICO LÓPEZ. Die III mensis Aprilis anno MDCCCLXXXI natus, martyrium subiit die XXII mensis Septembris anno MCMXXXVI. Cooperatoris pastoralis munere in loco Hinojosa fungebatur.

Seminarii alumni quinque:

80. ANTONIUS ARTERO MORENO. Die XII mensis Martii anno MCMXII natus, martyrium subiit die XV mensis Septembris anno MCMXXXVI.

81. RAPHAËL CUBERO MARTÍN. Die XXII mensis Septembris anno MCMXIII natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI.

82. ANTONIUS MONTILLA CAÑETE. Die VI mensis Augusti anno MCMXIII natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI.

83. EMMANUEL MONTILLA CAÑETE. Die XVI mensis Ianuarii anno MCMXIX natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI.

84. IOSEPHUS RUIZ MONTERO. Die XXV mensis Martii anno MCMXIV natus, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI.

Religiosa et tres Ordinis Fratrum Minorum religiosi:

85. MARIA IOSEPHA A CONSILIO GONZÁLEZ RODRÍGUEZ (IN SAECULO: IOSEPHA RAPHAËLA ANNA). Congregationis Filiarum a Patrocinio Santae Mariae, die XXVI mensis Iulii anno MDCCCXLVIII nata, martyrium subiit die VIII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

86. DOMINICUS MONTOYA ELORZA. Presbyter professus, die IV mensis Augusti anno MDCCCLXXXV natus, martyrium subiit die XXXI mensis Iulii anno MCMXXXVI.

87. BONAVENTURA RODRÍGUEZ BOLLO (IN SAECULO: LUCAS). Presbyter professus Ordinis Fratrum Minorum, die XVIII mensis Octobris anno MDCCCXCV natus, martyrium subiit die XXXI mensis Iulii anno MCMXXXVI.

88. IOSEPHUS MARIA ROIG LLORCA (IN SAECULO: DOMINICUS). Religiosus professus Ordinis Fraum Minorum, die V mensis Septembris anno MDCCCLXXI natus, martyrium subiit die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI.

Christifideles laici et laicae:

89. MICHAËL ARENAS CASTRO. Die XVI mensis Aprilis anno MCMV in loco Carcabuey natus, martyrium subiit die II mensis Octobris anno MCMXXXVI.

90. IOSEPHA BONILLA BENAVIDES. Anno MCMII in loco Posadas nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

91. MARIA ALOISIA BONILLA BENAVIDES. Anno MDCCCXCVII in loco Posadas nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

92. SATURNINUS FELICIANUS CABRERA CALERO. Die XI mensis Februarii anno MDCCCXCIV in loco Pozoblanco natus, martyrium subiit die XX mensis Septembris anno MCMXXXVI.

93. MARIA A MONTE CARMELO ALEXANDRA CABRERA LLERGO. Die XXI mensis Septembris anno MDCCCLXXXVI in loco Pozoblanco nata, martyrium subiit die XX mensis Septembris anno MCMXXXVI.

94. ANGELUS CANTADOR GONZÁLEZ. Anno MDCCCLXXXVI in loco a Pedroche natus, martyrium subiit die XXVI mensis Iulii anno MCMXXXVI.

95. BARTHOLOMAEUS CANTADOR GONZÁLEZ. Die X mensis Iunii anno MDCCCXCII in loco Belalcázar natus, martyrium subiit die XV mensis Augusti anno MCMXXXVI.

96. ANTONIA DURÁN PALACIOS. Anno MCMX in loco Posadas nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

97. IULIA DURÁN PALACIOS. Anno MCMV nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

98. VILHELMUS FERNÁNDEZ AGUILERA. Anno MDCCCLXXIV in loco Baena natus, martyrium subiit die XXIX mensis Iulii anno MCMXXXVI.

99. IOSEPHUS FERNÁNDEZ DE HENESTROSA BOZA. Die XXIV mensis Septembris anno MDCCCXCVIII in loco Fuente Obejuna natus, martyrium subiit die XXII mensis Septembris anno MCMXXXVI.

100. ISIDORA FERNÁNDEZ PALOMERO. Die XV mensis Maii anno MDCCCXCIII in loco Villaralto nata, martyrium subiit anno MCMXXXVI.

101. ISIDORUS FERNÁNDEZ RUBIO. Die IV mensis Aprilis anno MDCCCLXXXVII in loco Villaraldo natus, martyrium subiit anno MCMXXXVI.

102. FRANCISCUS FERNÁNDEZ Y SÁNCHEZ TORIL. Die IV mensis Octobris anno MDCCCLIV in loco Cabeza del Buey natus, martyrium subiit die XXIX mensis Novembris anno MCMXXXVI.

103. ANTONIUS GAITÁN PERABAD. Die XXVII mensis Augusti anno MCMXX in loco El Carpio natus, martyrium subiit XXI mensis Augusti anno MCMXXXVI.

104. IOANNES GÁLVEZ LOZANO. Die I mensis Martii anno MCM in loco Villafranca natus, martyrium subiit die XXV mensis Iulii anno MCMXXXVI.

105. FRANCISCUS GARCÍA LEÓN. Die XX mensis Decembris anno MCMXX in loco Montoro natus, martyrium subiit XXII mensis Iulii anno MCMXXXVI.

106. NEMESIUS GARCÍA-ARÉVALO HJOSA. Die I mensis Februarii anno MDCCCLXXXVI in loco Dos Torres natus, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

107. AEMILIUS GARCÍA PAREJA. Anno MDCCCLXXXI Cordubae natus, martyrium subiit mense Augusto anno MCMXXXVI.

108. FRANCISCUS DE SALES GÓMEZ GIL. Die XXVIII mensis Ianuarii anno MDCCCLXXXIII natus, martyrium subiit die IV mensis Septembris anno MCMXXXVI.

109. CLAUDIUS PEDRO GÓMEZ GIL. Die XXX mensis Octobris anno DCCCXCIV in loco Hinojosa del Duque natus, martyrium subiit die IV mensis Septembris anno MCMXXXVI.

110. FRANCISCUS HERRUZO IBÁÑEZ. Die XIX mensis Augusti anno MDCCCXCIV in loco Obejo natus, martyrium subiit die XXI mensis Augusti anno MCMXXXVI.

111. FRANCISCUS IZQUIERDO PÉREZ. Anno MCMVIII in loco Villafranca natus, martyrium subiit die IV mensis Augusti anno MCMXXXVI.

112. IOSEPHUS LEÓN MONTERO. Die V mensis Augusti anno MDCCCXCVI natus, martyrium subiit die II mensis Octobris anno MCMXXXVI.

113. BLANCA DE LUCÍA Y ORTIZ. Nata die XXI mensis Novembris anno MDCCCLXXV in loco Palma del Rio natus, martyrium subiit die XX mensis Augusti anno MCMXXXVI.

114. GREGORIUS ERNESTO MOHEDANO CABANILLAS. Die mensis Maii anno MDCCCXCVIII in loco Bélmez natus, martyrium subiit die XIII mensis Octobris anno MCMXXXVI.

115. HADRIANA MORALES SOLIS. Die V mensis Februarii anno MDCCCLXXX in loco Puente Genil nata, martyrium subiit die XXVII mensis Iulii anno MCMXXXVI.

116. ANTONIUS MORENO SEVILLA. Die XXX mensis Decembris anno MDCCCLXXXIX in loco Chauchina natus, martyrium subiit die XXIII mensis Augusti anno MCMXXXVI.



117. ANTONIA PALACIOS BONILLA. Anno MDCCCLXXVII in loco Posadas nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

118. MARTINUS POZO DÍAZ. Die XXXI mensis Maii anno MDCCCLXX in loco Villanueva natus, martyrium subiit die IX mensis Septembris anno MCMXXXVI.

119. ANDREAS RUEDA ROJAS. Die VIII mensis Iulii anno MDCCCXCV in loco Pedro Abad natus, martyrium subiit die X mensis Augusti anno MCMXXXVI.

120. FRANCISCUS DE PAULA ORTEGA MONTILLA. Die XXIX mensis Augusti anno MDCCCLVIII in loco Puente Genil natus, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI.

121. MARIA ANTONIA VERGARA MELGAR. Die IX mensis Maii MDCCCLXVII in loco Puente Genil nata, martyrium subiit die XXIII mensis Iulii anno MCMXXXVI.

122. BRIGIDA TOLEDANO OSA. Anno MDCCCLIX in loco posada nata, martyrium subiit die XXVII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

123. ANTONIUS TORAL CASCALES. Inter annum MCMXIII et annum MCMXIV in loco Peñarroya natus, martyrium subiit die XIV mensis Octobris anno MCMXXXVI.

124. IOSEPHUS TORAL CASCALES. Inter annum MCMXI et annum MCMXII in loco Peñarroya natus, martyrium subiit die XIV mensis Octobris anno MCMXXXVI.

125. BALTHASAR TORRERO BÉJAR. Anno MDCCCLXV in loco Villafranca natus, martyrium subiit die XVI mensis Augusti anno MCMXXXVI.

126. IOSEPHUS VARGAS NEVADO. Anno MCMII in loco Villafranca natus, martyrium subiit die XXXI mensis Augusti anno MCMXXXVI.

127. ANTONIUS ZURITA MESTANZA. Anno MDCCCLXXVIII in loco Bujalance natus, martyrium subiit die XVIII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

Omnium eorum vita insignibus christianis virtutibus ornabatur, necnon bonis operibus, inter quae studium pacis provehendae, interior libertas ad veritatem colendam, fiducia in Deum, pietas et apostolica actuositas, zelum in humanam defendendam dignitatem praestiterunt. Sciebant se propter caritatem in Christum carcerem et mortem obire et multi custodiae tempus exigerunt orantes ac spiritum utique praecolentes. Et quieto animo,

precantes et carnificibus ignoscentes, damnationem susceperunt. Qui carnifices operam dederunt ne suorum facinorum indicia relinquerentur. Duo Venerabiles Servi Dei ob cruciatus, quos detenti pertulerunt, interierunt, scilicet dominus Franciscus Bejarano Fernández et Franciscis Salamanca Bujalance, qui obiit bronchopneumonia correptus

Decenniis progredientibus, eorum martyrii fama tam late inter populum Dei propagata est, ut dioecesis Cordubensis Servorum Dei Causam beatificationis seu declarationis martyrii inciperet. Die xxvi mensis Ianuarii anno MMX, apud eandem Curiam ecclesiasticam, Inquisitio dioecesana est incohata, quae postea die xv mensis Septembris anno MMXII est peracta. Congregatio de Causis Sanctorum, per Decretum diei viii mensis Novembris anno MMXIII, eius iuridicam agnovit validitatem. Positione confecta, die xxvi mensis Novembris anno MMXXIX iudicio subiecta est Consultorum Historicorum, qui favens suffragium tulerunt. Inde disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servorum Dei verum fuisset martyrium. Die xv mensis Septembris anno MMXX Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus habitus est, qui adfirmativum protulit votum. Patres Cardinales et Episcopi, diei xvii mensis Novembris anno MMXX Ordinaria Sessione, professi sunt Servos Dei in odium fidei esse interfectos. Nos Ipsi die ii mensis Novembris anno MMXX facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum Decretum ederet ac statuimus insuper ut beatificationis ritus die xvi mensis Octobris anno MMXXI Cordubae in Hispania ageretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro, Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Apostolicas legit Litteras quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabiles Dei Servos Ioannem Eliam Medina et CXXVI socios.

Nos, vota Fratris Nostri Demetrii Fernández González, Episcopi Cordubiensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ioannes Elias Medina, sacerdos dioecesanus, et centum viginti sex Socii, Sacerdotes, Religiosi, Religiosae, Alumni, Laici et Laicae, martyres strenui testes Evangelii, qui fratres ac Dominum Iesum amare non metuerunt usque ad sanguinis effusionem, Beatorum nomine in posterum appellentur

---

atque die sexta mensis Novembris quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Octobris, anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

*De mandato Summi Pontificis*

PETRUS Card. PAROLIN

*Secretarius Status*

Loco ☒ Plumbi

*In Secret. Status tab., n. 549.664*

## EPISTULA

**Ad Episcopum Hiroshimaënssem occasione Conventus G7 (Hiroshimae, Iaponiae, 19-21 Maii 2023).**

*To the Most Reverend Alexis-Mitsuru Shirahama  
Bishop of Hiroshima*

As the G7 Summit meets in Hiroshima to discuss urgent issues currently facing the global community, I wish to assure you of my spiritual closeness and my prayers for the fruitfulness of the Summit. The choice of Hiroshima as the site of this meeting is particularly significant, in light of the continuing threat of recourse to nuclear weapons. I recall the overwhelming impression left by my moving visit to the Peace Memorial during my 2019 visit to Japan. Standing there in silent prayer and thinking of the innocent victims of the nuclear attack decades ago, I wished to reiterate the firm conviction of the Holy See that “the use of atomic energy for purposes of war is, today more than ever, a crime not only against the dignity of human beings, but against any possible future for our common home” (*Address at the Peace Memorial*, 24 November 2019).

It is to that future to which responsible men and women now look with concern, particularly in the wake of our experience of a global pandemic and the persistence of armed conflicts in various regions, including the devastating war now being fought on Ukrainian soil. The events of the past few years have made it clear that only together, in fraternity and solidarity, can our human family seek to heal wounds and build a just and peaceful world.

Indeed, it has become increasingly evident that in the multipolar world of the twenty-first century, the pursuit of peace is closely related to the need for security and reflection on the most efficient means for guaranteeing it. Such reflection must necessarily consider the fact that global security needs to be integral, capable of embracing issues including access to food and water, respect for the environment, health care, energy sources and the equitable distribution of the world’s goods. An integral concept of security can serve to anchor multilateralism and international cooperation

---

between government and nongovernment actors, on the basis of the profound interconnection between these issues, which makes it necessary to adopt, together, an approach of responsible multilateral cooperation.

Hiroshima, as “a symbol of memory”, forcefully proclaims the inadequacy of nuclear arms to respond effectively to today’s great threats to peace and to ensure national and international security. We need but consider the catastrophic humanitarian and environmental impact that will result from the use of nuclear weapons, as well as the waste and poor allocation of human and economic resources involved in their development. Nor should we underestimate the effects of the continuing climate of fear and suspicion generated by their mere possession, which compromises the growth of a climate of mutual trust and dialogue. In this context, nuclear arms and other weapons of mass destruction represent a multiplier of risk that offers only an illusion of peace.

Assuring you of my prayers for you and for those entrusted to your pastoral care, I join you in praying that the G7 Summit at Hiroshima will demonstrate farsighted vision in laying the foundations for lasting peace and stable and long-term sustainable security. With gratitude for your efforts in the service of justice and peace, I cordially send my blessing.

*Rome, Saint John Lateran, 19 May 2023*

FRANCIS

## HOMILIA

### In sollemnitate Pentecostes.\*

La Parola di Dio oggi ci mostra lo Spirito Santo in azione. Lo vediamo agire in tre momenti: *nel mondo che ha creato, nella Chiesa e nei nostri cuori*.

1. Anzitutto *nel mondo che ha creato*, nella creazione. Fin dall'inizio lo Spirito Santo è all'opera: «Mandi il tuo spirito, sono creati», abbiamo pregato con il Salmo.<sup>1</sup> Egli, infatti, è *creator Spiritus*,<sup>2</sup> Spirito creatore: così la Chiesa lo invoca da secoli. Ma, possiamo chiederci, che cosa fa lo Spirito nella creazione del mondo? Se tutto ha origine dal Padre, se tutto è creato per mezzo del Figlio, qual è il ruolo specifico dello Spirito? Un grande Padre della Chiesa, San Basilio, ha scritto: «Se provi a sottrarre lo Spirito alla creazione, tutte le cose si mescolano e la loro vita appare senza legge, senza ordine».<sup>3</sup> Ecco il ruolo dello Spirito: è Colui che, al principio e in ogni tempo, fa passare le realtà create dal disordine all'ordine, dalla dispersione alla coesione, dalla confusione all'armonia. Questo modo di agire lo vedremo sempre, nella vita della Chiesa. Egli dà al mondo, in una parola, *armonia*; così «dirige il corso dei tempi e rinnova la faccia della terra».<sup>4</sup> Rinnova la terra, ma attenzione: non cambiando la realtà, bensì armonizzandola; questo è il suo stile perché Egli è in sé stesso armonia: *Ipsa harmonia est*,<sup>5</sup> dice un Padre della Chiesa.

Oggi nel mondo c'è tanta discordia, tanta divisione. Siamo tutti collegati eppure ci troviamo scollegati tra di noi, anestetizzati dall'indifferenza e oppressi dalla solitudine. Tante guerre, tanti conflitti: sembra incredibile il male che l'uomo può compiere! Ma, in realtà, ad alimentare le nostre ostilità c'è lo spirito della divisione, il diavolo, il cui nome significa proprio «divisore». Sì, a precedere ed eccedere il nostro male, la nostra disgregazione, c'è lo spirito maligno che «seduce tutta la terra».<sup>6</sup> Egli gode degli antagonismi, delle ingiustizie, delle calunnie, è la sua gioia. E, di fronte al

\* Die 28 Maii 2023.

<sup>1</sup> 104, 30.

<sup>2</sup> Cfr S. AGOSTINO, *In Ps.*, XXXII,2,2.

<sup>3</sup> *Spir.*, XVI,38.

<sup>4</sup> *Gaudium et spes*, 26; *Sal* 104, 30.

<sup>5</sup> Cfr S. BASILIO, *In Ps.*, 29,1.

<sup>6</sup> *Ap* 12, 9.

male della discordia, i nostri sforzi per costruire l'armonia non bastano. Ecco allora che il Signore, al culmine della sua Pasqua, al culmine della salvezza, riversa sul mondo creato il suo Spirito buono, lo Spirito Santo, che si oppone allo spirito divisore perché è armonia, Spirito di unità che porta la pace. Invochiamolo ogni giorno sul nostro mondo, sulla nostra vita e davanti ad ogni tipo di divisione!

2. Oltre che nella creazione, lo vediamo all'opera *nella Chiesa*, a partire dal giorno di Pentecoste. Notiamo però che lo Spirito non dà inizio alla Chiesa impartendo istruzioni e norme alla comunità, ma scendendo su ciascun Apostolo: ognuno riceve grazie particolari e carismi differenti. Tutta questa pluralità di doni diversi potrebbe ingenerare confusione, ma lo Spirito, come nella creazione, proprio a partire dalla pluralità ama creare armonia. La sua armonia non è un ordine imposto e omologato, no; nella Chiesa c'è un ordine «organizzato *secondo la diversità* dei doni dello Spirito». <sup>7</sup> A Pentecoste, infatti, lo Spirito Santo scende in tante lingue di fuoco: dà a ciascuno la capacità di parlare altre lingue <sup>8</sup> e di sentire la propria lingua parlata dagli altri. <sup>9</sup> Dunque non crea una lingua uguale per tutti, non cancella le differenze, le culture, ma armonizza tutto senza omologare, senza uniformare. E ciò deve farci pensare in questo momento, nel quale la tentazione dell'“indietrismo” cerca di omologare tutto in discipline soltanto di apparenza, senza sostanza. Restiamo su questo aspetto, sullo Spirito che non comincia da un progetto strutturato, come faremmo noi, che spesso poi ci disperdiamo nei nostri programmi; no, Lui inizia elargendo doni gratuiti e sovrabbondanti. Infatti a Pentecoste, sottolinea il testo, «*tutti furono colmati* di Spirito Santo». <sup>10</sup> *Tutti colmati*, così comincia la vita della Chiesa: non da un piano preciso e articolato, ma dallo sperimentare il medesimo amore di Dio. Lo Spirito crea armonia così, ci invita a provare stupore per il suo amore e per i suoi doni presenti negli altri. Come ci ha detto San Paolo: «Vi sono diversi carismi, ma uno solo è lo Spirito [...] Infatti noi tutti siamo stati battezzati mediante un solo Spirito *in un solo corpo*». <sup>11</sup> Vedere ogni fratello e sorella nella fede come parte dello stesso corpo a cui appartengo: questo è lo sguardo armonioso dello Spirito, questo il cammino che ci indica!

<sup>7</sup> S. BASILIO, *Spir.*, XVI,39.

<sup>8</sup> Cfr *At* 2, 4.

<sup>9</sup> Cfr *At* 2, 6.11.

<sup>10</sup> *At* 2, 4.

<sup>11</sup> *1 Cor* 12, 4.13.

E il Sinodo in corso è – e dev’essere – *un cammino secondo lo Spirito*: non un parlamento per reclamare diritti e bisogni secondo l’agenda del mondo, non l’occasione per andare dove porta il vento, ma l’opportunità per essere docili al soffio dello Spirito. Perché, nel mare della storia, la Chiesa naviga solo con Lui, che è «l’anima della Chiesa»,<sup>12</sup> il cuore della sinodalità, il motore dell’evangelizzazione. Senza di Lui la Chiesa è inerte, la fede è solo una dottrina, la morale solo un dovere, la pastorale solo un lavoro. A volte sentiamo cosiddetti pensatori, teologi, che ci danno dottrine fredde, sembrano matematiche, perché manca lo Spirito dentro. Con Lui, invece, la fede è vita, l’amore del Signore ci conquista e la speranza rinasce. Rimettiamo lo Spirito Santo al centro della Chiesa, altrimenti il nostro cuore non sarà bruciato dall’amore per Gesù, ma per noi stessi. Mettiamo lo Spirito al principio e al cuore dei lavori sinodali. Perché “di Lui, soprattutto, ha oggi bisogno la Chiesa! Diciamogli dunque ogni giorno: vieni!”<sup>13</sup> E camminiamo insieme, perché lo Spirito, come a Pentecoste, ama discendere mentre “tutti si trovano insieme”.<sup>14</sup> Sì, per mostrarsi al mondo Egli ha scelto il momento e il luogo in cui *tutti stavano insieme*. Il Popolo di Dio, per essere ricolmo dello Spirito, deve dunque camminare insieme, fare sinodo. Così si rinnova l’armonia nella Chiesa: camminando insieme con lo Spirito al centro. Fratelli e sorelle, costruiamo armonia nella Chiesa!

3. Infine lo Spirito fa armonia *nei nostri cuori*. Lo vediamo nel Vangelo, dove Gesù, la sera di Pasqua, soffia sui discepoli e dice: «Ricevete lo Spirito Santo».<sup>15</sup> Lo dona per uno scopo preciso: per perdonare i peccati, cioè per riconciliare gli animi, per *armonizzare i cuori* lacerati dal male, frantumati dalle ferite, disgregati dai sensi di colpa. Solo lo Spirito rimette armonia nel cuore, perché è Colui che crea «l’intimità con Dio».<sup>16</sup> Se vogliamo armonia cerchiamo Lui, non dei riempitivi mondani. Invochiamo lo Spirito Santo ogni giorno, iniziamo ogni giornata pregandolo, diventiamo docili a Lui!

E oggi, nella sua festa, chiediamoci: io sono docile all’armonia dello Spirito? Oppure perseguo i miei progetti, le mie idee senza lasciarmi plasmare, senza farmi cambiare da Lui? Il mio modo di vivere la fede è docile allo

<sup>12</sup> S. PAOLO VI, *Discorso al Sacro Collegio per gli Auguri onomastici*, 21 giugno 1976.

<sup>13</sup> Cfr ID., *Udienza generale*, 29 novembre 1972.

<sup>14</sup> Cfr *At* 2, 1.

<sup>15</sup> *Gv* 20, 22.

<sup>16</sup> S. BASILIO, *Spir.*, XIX,49.



---

Spirito o è testardo? Attaccato in modo testardo alle lettere, alle cosiddette dottrine che sono soltanto espressioni fredde della vita? Sono frettoloso nel giudicare, punto il dito e sbatto porte in faccia agli altri, ritenendomi vittima di tutti e di tutto? Oppure accolgo la sua potenza creatrice armoniosa, accolgo la “grazia dell’insieme” che Egli ispira, il suo perdono che dà pace? E a mia volta perdono? Il perdono è fare spazio perché venga lo Spirito. Promuovo riconciliazione e creo comunione, o sempre sto cercando, ficcando il naso dove ci sono difficoltà per parlare, per dividere, per distruggere? Perdono, promuovo riconciliazione, creo comunione? Se il mondo è diviso, se la Chiesa si polarizza, se il cuore si frammenta, non perdiamo tempo a criticare gli altri e ad arrabbiarci con noi stessi, ma invochiamo lo Spirito: Lui è capace di risolvere queste cose.

Spirito Santo, Spirito di Gesù e del Padre, sorgente inesauribile di armonia, ti affidiamo il mondo, ti consacriamo la Chiesa e i nostri cuori. Vieni Spirito creatore, armonia dell’umanità, rinnova la faccia della terra. Vieni Dono dei doni, armonia della Chiesa, rendici uniti in Te. Vieni Spirito del perdono, armonia del cuore, trasformaci come Tu sai, per mezzo di Maria.

## ALLOCUTIONES

### I

**Occursus Suae Sanctitatis cum Theodoro II, Papa Alexandriae et Capite Ecclesiae orthodoxae coptae pro celebratione L anniversariae memoriae occursus eorum praedecessorum, Papae s. Pauli VI et Papae Shenouda III (1973-2023).\***

*Santità! Cari fratelli in Cristo!*

«Questo è il giorno che ha fatto il Signore: ralleghiamoci ed esultiamo in esso!». È con questa acclamazione pasquale che, cinquant'anni fa, Papa San Paolo VI accolse nella Basilica di San Pietro il Suo venerato predecessore, Papa Shenouda III. È con la stessa acclamazione che La accolgo oggi, amato fratello e caro amico Tawadros. La ringrazio di cuore per aver accettato il mio invito a commemorare insieme il giubileo di questo storico evento del 1973, come pure il decimo anniversario del nostro primo incontro nel 2013.

Nel cammino ecumenico, è importante guardare sempre *avanti*. Coltivando nel cuore una sana impazienza e un ardente desiderio di unità, dobbiamo essere, come l'Apostolo Paolo, "protesi verso il futuro"<sup>1</sup> e chiederci continuamente: "*Quanta est nobis via?*" – Quanta strada ci resta da fare? Tuttavia occorre anche fare *memoria*, soprattutto nei momenti di scoraggiamento, per rallegrarci del cammino già percorso e attingere al fervore dei pionieri che ci hanno preceduto. Guardare avanti e fare memoria. Eppure, è senza dubbio ancora più doveroso guardare *in alto*, per ringraziare il Signore per i passi compiuti e supplicarlo di farci il dono della sospirata unità.

Il Santo Padre ha stabilito che la seconda parte dell'articolo 7 § 1 dello Statuto dell'Ufficio del Revisore Generale che recita "*Il Revisore Generale analizza le segnalazioni e le presenta con una relazione a un'apposita commissione composta dall'Assessore per gli Affari Generali della Segreteria di Stato, dal Prelato Segretario del Consiglio per l'Economia e dal Segretario della Segreteria per l'Economia*" venga sin d'ora sostituita, nelle parti che interessano, dalla redazione dell'art. 224 § 2 della Costituzione Apostolica *Praedicate Evangelium* che prevede che il Revisore Generale esamina le segnalazioni e "*le presenta con una relazione al Prefetto della Segreteria per l'Economia e, qualora lo ritenga necessario, anche al Cardinale Coordinatore del Consiglio per l'Economia*". Resta comunque salva la previsione dell'art. 4 § 3 c) dello Statuto dell'Ufficio del Revisore Generale secondo la quale le segnalazioni, quando esse presentino elementi di fondatezza, vengano trasmesse all'Autorità giudiziaria.

Il Santo Padre ha disposto che il presente *Rescriptum* sia pubblicato su *L'Osservatore Romano*, nonché negli *Acta Apostolicae Sedis*, entrando in vigore a decorrere dallo stesso giorno della pubblicazione.

*Dal Vaticano, 26 aprile 2023*

PIETRO Card. PAROLIN  
*Segretario di Stato*



# ACTA CONGREGATIONUM

---

## CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

### CUNEENSIS

**Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servorum Dei Iosephi Bernardi et Marii Ghibaudo, Sacerdotum dioecesanorum († die 19 mensis Septembris anno 1943)**

#### DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini» (*Mt* 10, 19).

Dominus Iesus sic discipulos suos docuit, cum missionarios mitteret. Bovitii pariter, a Cuneo non longe, die primae civium stragis, Spiritus Sanctus Servus Dei Iosepho Bernardi et Mario Ghibaudo, sacerdotibus illic animarum curam colentibus, quomodo iis ipsis loquendum esset praeivit. Id est, veniam benevolentiamque Dei ferendo. Inde supremam ad horam pervenerunt uti reconciliationis ministri, alter enim benedicens, alter a peccatis absolvens.

Servus Dei Iosephus Bernardi ortus est Caralii die 25 mensis Novembris anno 1897 atque, decem annos natus, Cuneense ingressus est Seminarium. Primo mundano bello interesse debuit miles auxiliaris. Sacerdos anno 1923 ordinatus, vicarius fuit parochi Aisonis, dein apud Cathedralem Cuneensem. Tres per annos eadem in urbe Orphanotrophium Institutionis et Professionis rexit. Postea parochus factus est Bersentii, in summa Vallis Sturae parte. Die 29 mensis Iunii anno 1938 suum Bovitii parochi ministerium inchoavit.

Servus Dei Marius Ghibaudo ortus est Burgi Sancti Dalmatii die 18 mensis Ianuarii anno 1920. Cum Primam Communionem susciperet, vocationem ad sacerdotium percepit ac Cuneense Seminarium ingressus est, quo loco voluntatem, mentem et cor studio multoque consilio educavit. Musicam diligebat et montes, necnon altas integrasque colere amicitias valebat. Presbyteratu auctus die 19 mensis Iunii anno 1943, aliquandiu opus

pastorale facere debuisset et postea, iuxta proposita, Romam missus esset ut studia pergeret et in Seminario doceret. Inde, mense ab ordinatione peracto, quartum et vigesimum annum agens, Bovitii parochi factus est vicarius. Tribus vix mensibus se paroeciae iuvenibus omnino tradidit, sive adstantibus, sive militibus in castris vel in acie pugnatoribus.

Spiritualis Servorum Dei habitus, quorum tamen aetas altera ab altera differebat, sacerdotis temporis eorum rationi convenit, secundum Summi Pontificis Pii XII magisterium, necnon illorum Episcoporum praecepta, uti Iacobi Rosso, Praesulis Cuneensis. Scilicet altum sui ipsius oblationis spiritum a iuventute excoluerunt. Sacerdotalis ordinationis donum maxime existimaverunt, onerum consci eam consequentium. Communitati plane traditi, christifideles suos singillatim nomine cognoscere cupiebant et omnes ad Dominum sacramentorumque eius Gratiam volebant perducere. Itaque, etsi calamitatem proximam perceperunt, adhortationem, quae a plurimis pervenerat, ut locum desererent et alio confugerent, neglexerunt.

Postridie indutias anni 1943, quodam exarso proelio inter nazistarum copias, plerumque vulgo *SS* appellatas, et voluntariorum coetus pugnatorum, in Bovitii montibus concrenentem, duo Germani comprehensi sunt milites. Servus Dei Iosephus Bernardi postulatus est, ut mediatoris ad eosdem ipsos liberandos munere fungeretur, una cum amico suo, Antonio Vassallo, negotiatore loci, qui censuit veritatem per se procul esse a cognitione. Nazistae attamen foedus fregerunt atque die 19 mensis Septembris, quamvis milites liberatos adepti essent, caede incendioque civitatem vastaverunt. Dominus Iosephus, eorum obses factus, precabatur et, cum a iuvene vicario suo visitaretur, eum ut confessionem suam audiret petivit. Per urbem, dum exurebatur et debebatur, vehiculo ferrato vectus transire coactus est, a quo autem mortuorum cadavera benedixit vivosque hortatus est ut precarentur et salutem fuga peterent. In cuiusdam domi vestibulo, medium apud urbis forum, sclopeti ictu necatus est corporique eius subditus est ignis. Quodam tempore, die festo Sancti Bartholomaei, civitatis patroni, de eiusdem Apostoli martyrio locutus est ac dixit: “Si opus erit, atrocia inter tormenta morietur, ut omnibus a patibulo pronuntiet fidem suam et caritatem in Deum morte esse fortiorem”.

Eiusdem matutino tempore diei 19 mensis Septembris anno 1943 Servus Dei Marius Ghibaudo multo mane ut confiteretur ivit et peculiari devotione festivam celebravit Missam in Sodalitatis Sanctae Crucis ecclesia. Cum vices

visae essent ruere, primum parochi suo solacium tulit, dein summa opem nisus est concives adiuuare. Pupillas ut confugerent impulit et in agros perduxit. In urbem reversus, omnibus in quos incurrebat peccatorum praestitit absolutionem. Ita aliqui eorum, paulo post, mortem cum Deo reconciliati invenerunt. Seniore quendam mulierem in plaustrum extulit eamque ab urbe egressit. Inde regressus est, Consecratis Ostiis conservaturus. Rursus in agrum reversus, ad virum quendam accessit, emissione in cervice percussus, ut ei absolutionem in articulo mortis impertiret. Illo ipso tempore aliquot ictibus trucidatus est, parvo tormento automatarum emissis. Interfectorem in corpus eius saevit, id quodam gladio transfigendo et visum calcibus proculcando. Cum quoddam thema lycei annis conficeret, Servus Dei scripsit: "Sacerdotem fieri, Sacerdotem vivere, Sacerdotem mori summa est omnium quae maximo studio pro vita mea spero".

Servi Dei quidem non tantum uti sacerdotes, veste talari, nazistis eorumque doctrinae religiosas ob causas invisa, induti, obierunt, sed etiam occisi sunt suum ipsum propter sacerdotalem statum. Quos efferata enim saevitas, qua eorum excepta sunt corpora, alterum combustum, alterum deturpatum, aliis a stragis victimis decrevit et ex parte persecutorum est fidei odio allata. Igitur Ioseph Bernardi et Marius Ghibaudo, longe a causis rei publicae generis, se vero periclitari conscii, mortem oppetivere, quam quidem quasi supremum caritatis pastoralis actum, usque ad postremum spiritum exercitae, intellexerunt.

Bovetii civitas duorum Servorum Dei memoriam custodivit, tamquam verorum fidei caritatisque martyrum. Omnes pacis, concordiae veniaeque proposita in gratuitate eorum sui ipsius oblationis inscribi continenter viderunt, per quas et vulnera stragis Bovitii, et vulnera odia viresque consequentia coalescere possunt. Mense Aprili anno 2016 Servorum Dei exuviae translatae sunt Bovitii in ecclesiam paroecialem Sancti Bartholomaei.

Aliquot temporis spatio transacto, quod vero peropportuno iudicari potest, cum eorum martyrii fama numquam esset extincta, Servorum Dei instructa est Causa beatificationis seu declarationis martyrii. Inquisitio dioecesis celebrata est apud Curiam ecclesiasticam Cuneensem a die 31 mensis Maii anno 2013 ad diem 5 mensis Iunii anno 2014. Cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum agnita est per decretum diei 5 mensis Iunii anno 2015. Die 3 mensis Aprilis anno 2019 Consultores Historici Positionem confectam exquisiverunt. Inde disceptatum est, usitatum

iuxta iter, an Servorum Dei verum fuisset martyrium. Consultores Theologi adfirmative locuti sunt die 4 mensis Maii anno 2021. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 5 mensis Aprilis anno 2022 congregati, Servos Dei professi sunt ob eorum fidem in Christum et in Ecclesiam interfectos esse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Iosephi Bernardi et Marii Ghibaudo, Sacerdotum dioecesanorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Aprilis a. D. 2022.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

L. ☩ S.

☩ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

## LIMANA

**Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Martini Fulgentii Elorza Legaristi, ex Congregatione Passionis Iesu Christi, Primi Episcopi Praelaturae Moyobambensis (1899-1966)**

**DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

«Recordati sunt discipuli eius quia scriptum est: “Zelus domus tuae comedit me” » (*Io 2, 17*).

Christi zelum Servum Dei Martinum Fulgentium Elorza Legaristi impulit, ut sua cuncta populo christiano ministrando impenderet. Episcopus conscientiam se tradidit formandis, necnon operibus instituendis et apparandis locis. Verax Sancti Pauli a Cruce discipulus, in principatu magisterii et apostolatus sui Passionem Christi obtinuit. Ex eodem vitae religiosae proposito vim traxit ad educatoris, Superioris Provincialis, deinde Episcopi opus perficiendum.

Servus Dei ortus est Elgetae in Vasconia die 30 mensis Decembris anno 1899. Adulescens ingressus est Gaviriae Congregationem Passionis Iesu Christi, in qua nomen Fulgentii mutavit et in religione Martini a Latere Iesu nomen assumpsit. Presbyter ordinatus est die 13 mensis Iulii anno 1924. Rectoris munere functus est Collegii Gaviriae, cuius novam edidit legem, institutionis modo recognito spiritalemque alumnorum formationem increbendo. Anno 1935, omnibus consentientibus, Provincialis electus est Superior. Quem enim fratres religiosi, quamvis ita iuvenis esset, auctoritate gravem agnoscebant, prudentem virum alacrique charismatis dilectione imbutum. Duo per triennia ad idem munus denuo electus est, ab anno 1941 ad annum 1947. Postea factus est Delegatus ad Congregationis domus in America erectas. Incipiente anno 1949 Administrator Apostolicus factus est Praelaturae “nullius” Moyobambensis in Peruvia, quae a Summo Pontifice Pio XII instituta erat die 7 mensis Martii anni antecedentis. Eiusdem die 3 mensis Octobris anno 1953 Praelatus electus, consecratus est Limae Episcopus titularis Balianensis die 24 mensis Februarii anno 1954.

Summa caritate pastoralis cunctam Praelaturae regionem visitavit. Pedibus ire solebat, vel equo, vel alveo vectus, illo tractu veris viis carente. Septendecim annos, pastoralis regimine gerendo, imitatus est Iesu Boni Pa-

storis virtutes. Et indefatigabilis, sive verbis sive virtuosae vitae exemplo, Evangelii nuntius fuit. Vivido iustitiae sensu altaque caritate in proximum animatus, studuit sui populi miseriam laxare, operibus pro societatis bono provehendis et mulierum puerorumque institutione promovenda. Catechesim et Actionem Catholicam pervulgandam incitavit. Eius ecclesias aediculasque condendi necnon seminarium erigendi proposita fide et spe erant perfusa. In omnibus semper humilitatem funditus servabat, quam solam viam esse putabat ad gratiam Dei impetrandam.

Intra exitum mensis Novembris et initium mensis Decembris anno 1966 Limam se contulit, ad aliquot Praelaturae negotia tractanda atque ut ad Nuntium Apostolicum conveniret. Valetudo eius tam tenuissima erat, ut ad Nativitatem Domini celebrandam Moyobambam non posset redire. Die 30 mensis Decembris eiusdem anni animam suam Deo reddidit. Nonnullis diebus post corpus Moyobambam translatum est, ubi frequentissima christifidelium multitudo esequiis eius interfuit.

Propter sanctitatis famam, quam ille in vita et post mortem usus est, Servi Dei Causa beatificationis et canonizationis est instructa. Inquisitio dioecesana apud Curiam ecclesiasticam Limanam habita est a die 1 mensis Februarii anno 2002 ad diem 21 mensis Septembris anno 2004, Inquisitionibus rogatorialibus Fani Sancti Sebastiani in Hispania et Dominicopoli in Re Publica Dominicana adiunctis. Haec Congregatio de Causis Sanctorum eius de iuridica validitate die 13 mensis Iulii anno 2007 edidit decretum. Inde Positio exarata est ac, consuetas secundum normas, an Servus Dei virtutes christianas heroico in grado exercuisset est disceptatum. Die 1 mensis Decembris anno 2020 Consultores Theologi adfirmativum producerunt votum. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 1 mensis Martii anno 2022 congregati, professi sunt Servum Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico modo exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Martini Fulgentii Elorza Legaristi, ex Congregatione Passionis Iesu Christi, Primi Episcopi Praelaturae Moyobambensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

---

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Aprilis a. D. 2022.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

L. ☩ S.

☩ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

**NDOLAËNSIS**

**Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Francisci Constantini Mazzieri, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, Episcopi Ndolaënsis (1889-1983)**

**DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

«Dum Christus annuntietur» (*Phil* 1, 18).

Haec Apostoli verba episcopalis insignis fuerunt sententia, quam praelegit Servus Dei Franciscus Constantinus Mazzieri. Nam, in Zambia maxime missionarius, suum impendit zelum operamque, ut Christus nuntiaretur gentibus, quae tunc illum ignorabant.

Servus Dei natus est in Italia, in vico Abbadiae prope Auximum, die 25 mensis Martii anno 1889. Secundus ex quinque liberorum natus est, quorum autem tertius modo natus obiit. Apud fontem baptismalem vocatus est Constantinus Iosephus Sanctes.

Humilitatis spiritu franciscalisque vitae simplicitate adtractus, Conventualium novitiatum ingressus est Montis Alti, in eadem Marchia Anconitana. Francisci nomine sumpto, die 15 mensis Augusti anno 1909 sollemnem emisit professionem. Postea studia theologica Fani Sancti Miniati perrexit, in provincia Pisana, ubi sacerdos die 10 mensis Augusti anno 1912 ordinatus est. Quem, cum animum eius benevolum ac exemplarem agnovissent, superiores in Collegium Internationale Ordinis Romae miserunt, in quo doctoris in theologia anno 1913 adeptus est gradum. Inde alumnorum formator nominatus est Seminarii Minoris in Re Publica Sancti Marini. Per suas sobrietatis, humanitatis et misericordiae multae virtutes, iuvenes religiosos impulit, ut Deum amarent, contra peccatum repugnarent ac sinceram sanctitatem continenter quaerent. Guardianus electus est anno 1919 et Rector Seminarii Montis Ottoni, quo se tantum insequente anno vergente contulit. Factus est anno 1922 Secretarius Provincialis et Auximi Rector clericorum. Illo quidem tempore ut missionarium proficisceretur a Superioribus petivit. Mense Novembri anno 1927 missus est Firmum Picenum, quo loco dein a Capitulo Provinciali confirmatus est Parochus et Guardianus. Tum Minister Generalis Ordinis, per Procuratorem Generalem Missionum, ut primo coetui religiosorum ad Africam proficiscentium praeesset postulavit. Qui vero se iam nimis senem et ineptum humilitate putabat, sed tamen,



in Deo confisus ac spiritu oboedientiae, missionem suscepit. Crucifixum accepit Auximi, una cum sex religiosis. Die 26 mensis Iulii anno 1930, laco Tanganyika transacto, avecti sunt in civitatem v.s. *Mpulungu*. Inde, mense Aprili anno 1931, ad locum pervenerunt, in quo a Congregatione de Propaganda Fide erant designati. Itaque fratres opus evangelizationis in fodinarum regione v.d. *Copperbelt* inchoaverunt, ubi tantum saltuatim ac per nonnullos annos visus erat quidam Societatis Iesu missionarius. Servus Dei expertam fidem colebat, quam tradere docereque cupiebat. Constat etiam in spe, ut christiana fortitudine difficilioribus huius ministerii rebus occurreret. Cotidianam necessitudinem cum Eucharistia percolendo atque sine intermissione precando, vim suam ad apostolatam traxit. Religiosi duos conventus in urbibus v.d. *Ndola* et *Luanshya* instituerunt. Tribus insequentibus annis duas condiderunt missiones in Balambarum ruri, videlicet in locis v.d. *Kalumbwa* atque *Ibenga*. Semper in iudicando prudens, Servus Dei religiosos moderatus est qui, illo tempore, plurimi pervenire solebant. Quorum communia incommoda fraternitatem vero conglutinavere. Tam valde ab auctoritatibus existimatus est ut, annis secundi mundani belli quoque, missionarii tuto quadam operis libertate uterentur.

Prefectura Apostolica Ndolaënsi erecta mense Ianuario anni 1938, Servus Dei primus nominatus est Praefectus. Electus porro ad sedem titularem Coelianensem, Episcopus consecratus est Romae, in basilica Sanctorum XII Apostolorum, die 13 mensis Februarii anno 1949. Pro seminario, urbanis paroecis missionibusque ruralibus nixus est, necnon pro laicorum consociationibus, scholis et valetudinariis. Scilicet, vivo iustitiae sensu animatus, pro humana promotione operatus est et integra progressionem populi. Die 17 mensis Maii anno 1959, nova eadem Ndolaënsi dioecesi condita, eius primus factus est Episcopus. Omnium partem habuit Concilii Oecumenici Vaticani II sessionum. Summa sedulitate et ulla sine parsimonia ministerium suum agere perrexit usque ad annum 1966, quo accepta est eius renuntiatio. Tum se in Zambia statuit mansurum ac, cum in loco v.d. *Ibenga* domicilium posuisset, septem et decem annos etiam operatus est, quasi simplex religiosae communitatis frater, illius ruralis missionis in silentio. Et quibusdam christifidelium laicorum coetibus praedicabat, Sororum Franciscalium Missionarum Asisii postulantes docebat, leprosorum pagum condidit atque, extremis temporibus, Rosarii fabricabatur coronas. Sic Sorori Morti occurrit, orationem matutinam die 19 mensis Augusti anno 1983 incipiens.

Multis annis ab obitu eius transactis, numquam exstincta est Servi Dei sanctitatis fama. Quapropter apud Curiam ecclesiasticam Ndolaënsis Inquisitio dioecesana celebrata est a die 27 mensis Aprilis anno 2000 ad diem 26 mensis Septembris anno 2001. Et Inquisitio rogatorialis quaedam est habita apud Curiam ecclesiasticam Anconitanam-Auximanam a die 5 mensis Decembris anno 2001 ad diem 23 mensis Novembris anno 2003. Haec Congregatio de Causis Sanctorum decretum de earum iuridica validitate emisit die 16 mensis Decembris anno 2005. Positione confecta, disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servus Dei heroico in gradu christianas exercisset virtutes. Consultores Theologi die 19 mensis Ianuarii anno 2021 adfirmativum votum protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 15 mensis Martii anno 2022, Servum Dei agnoverunt theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico modo excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Francisci Constantini Mazzieri, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, Episcopi Ndolaënsis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Aprilis a. D. 2022.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

L. ☩ S.

☩ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

**IMOLENSIS**

**Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Luciae Noiret, Fundatricis Instituti Ancillarum Sacri Cordis Iesu sub protectione Sancti Ioseph (1832-1899)**

**DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

«Divinum Iesu glorificemus Cor» propositum est nostrae dilectae Congregationis. Utinam pueri, adolescentulae, omnes nos bonas sorores, matres misericordes, apostolas experiantur ardentel!».

In priscarum eius discipularum memoriis haec Servae Dei Luciae Noiret verba servantur, quae appellata est propter ortum, apostolatam ac sanctitatis famam “Sabaudiensis, Romandiola et Sancta”.

Nam Serva Dei Camberiaci in Sabaudia nata est die 27 mensis Ianuarii anno 1832. Sequenti die, baptismalem apud fontem, Georginae nomen accepit. Cum religiosam vocationem percepisset, petiit ut Congregationem Sororum a Caritate Sanctae Ioannae Antidae Thouret ingrederetur atque se Neapolim contulit, quo anno 1850 pervenit ut institueretur. Primo quinque annorum novitiatus peracto, religiosam induit vestem ac Sororis Luciae nomen assumpsit. Inde missa est Imolam, ut Francogallicum sermonem doceret apud puellarum Conservatorium Sancti Ioseph, iam earundem Sororum curae commissum. Die 25 mensis Martii anno 1856 Serva Dei vota religiosa nuncupavit ac Imolae, septem et quadraginta circiter per annos, in institutionis et caritatis operibus suas profudit dotes.

Illo tempore in terris Romandiolae, re publica pontificia anno 1870 deleta, aperte clericis infesto, omnia opera, quae a quibusvis religiosis regerantur ad caritatem et institutionem fovendas, acriter sunt impugnata. Quapropter civitatis Imolae gubernatores imperaverunt ut Sorores a Caritate aut Conservatorium relinquerent aut suum demitterent religiosarum statum. Nempe Serva Dei, Superioris Generalis mandato oboediens necnon suae Congregationi fidelis, Romam petere, duobus cum aliis Sororibus, statuit. At illo die 13 mensis Aprilis anno 1873, dominica Paschatis, hamaxostichus tempus proficiscendi distulit, ita ut quidam civitatis gubernatores, una cum custodibus publicis, in statione ferroviaria pervenirent atque, putantes, si Serva Dei adesset, fore ut Conservatorio prodesset, eam illic redire cogerent. Tunc Serva Dei bis ad Moderatricem Generalem Sororum a Caritate

scripsit, ut se Sororem semper esse velle patefaceret seque animo aegro narraret vi obstrictam proficisci nequire. Ipsa autem quartum quoque neglegere nolebat votum, quod professa erat, id est servitium pauperibus, iuxta quod, illis rerum adiunctis, Imolensis Conservatorii puellas deserere ei nequaquam licebat.

Quodam transacto tempore, Lucia Noiret eiusdem Conservatorii rectrix est designata ac ab aliis puellis auxilium petiit, quae vel antea alumnae fuerant vel aequae et ipsa Camberiaci erant oriundae. Hoc pacto aliquas socias congregavit quae, caritate in Deum excitatae, se puellis ac dein parvulis quoque instituendis impenderent. Sanctum etiam Ioannem Bosco consuluit, qui eam vero confirmavit atque hortatus est maioribus Providentiae propositis confidere. Itaque anno 1876 Institutum ortum est Ancillarum Sacri Cordis Iesu, quod Episcopus Imolensis, Aloisius Tesorieri, nominatim “sub protectione Sancti Ioseph” esse voluit. Serva Dei, cum locum perspexisset eiusque amoenitatem ac salubritatem, Castrum Rioli, intra eiusdem dioecesis Imolensis fines, primam in possessione Instituti domum anno 1884 condendam praelegit. Aliae Ancillarum communitates ortae sunt, inter quas domus v.d. *Villa Banzi* Bononiae, quae post Servae Dei mortem Domus Generalis facta est, Castri Brasichellae et Caesenae. Serva Dei die 17 mensis Martii anno 1899 Imolae obiit.

Vita eius Christi caritate plane imbuta est, quam per Cor Iesu in cruce confossum contemplabatur, in quo omnes diligebantur creaturae. Missio et contemplatio simul eius fidei constantiam ostenderunt, necnon ardorem caritatis. Virginem Maria Desolatam imitans, orationem intima cum Domino familiaritate funditus experta est atque studuit ut Instituti domus loci essent, in quibus largitas et dulcedo invenirentur Divini Magistri. In quo spem collocavit ut eius fiducia innixa semetipsam voluntati Dei totam committeret. Puellarum institutionem singulari prudentis matris spiritu pariterque religiosarum formationem curavit. Suae consecrationis vota valde amando, cunctis in vicibus perserverantiam coluit et eximiam animi fortitudinem praestitit. Illa quidem “femineum ingenium”, a Summo Pontifice Francisco saepe memoratum, expressit, quod tempora superare valuit et ex quo hodie quoque bonum profluit copiosum, tam in Italia quam in America Latina, per Ancillas Sacri Cordis ab ea ipsa institutas.

Attenta eius stabili continuaque sanctitatis fama, quae eam circumdedit, die 15 mensis Octobris anno 2000 Ex.mus Dominus Iosephus Fabiani,

Episcopus Imolensis, apud Curiam ecclesiasticam Imolensem, Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Inquisitionem dioecesanam incepit, quae postea die 31 mensis Octobris anno 2009 ad exitum pervenit. Cuius validitas iuridica ab hac Congregatione de Causis Sanctorum agnita est per decretum diei 3 mensis Decembris anno 2010. Positio igitur confecta est ac die 26 mensis Iunii anno 2018 Consultorum Historicorum examini subiecta. Posito dubio an Serva Dei christianas virtutes heroico in gradu excoluisset, Consultores Theologi die 21 mensis Maii anno 2021 adfirmative responderunt. Patres Cardinales et Episcopi, diei 1 mensis Martii anno 2022 Ordinaria Sessione occurrente, Servae Dei professi sunt heroum theologalium, cardinalium iisque adnexarum virtutum exercitium.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Luciae Noiret, Fundatricis Instituti Ancillarum Sacri Cordis Iesu sub protectione Sancti Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Aprilis a. D. 2022.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

L. ☩ S.

☩ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

## RADOMENSIS

**Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Casimirae Gruszczyńska, Fundatricis Congregationis Sororum Franciscalium ab Afflictis (1848-1927)**

**DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

«Semper, vel potius a iuventutis tempore, vocationem ad aegrotantes percepi. Me Deus de magistrorum medio detraxit atque, cum Sancta Voluntas Eius esset adimplenda, vocavit ut veram vocationem ad me ipsam pro aegrotis offerendam perficerem».

Hisce verbis, quae manu sua in “Historia Congregationis” conscripsit, Serva Dei Casimira Gruszczyńska cotidianam suam sollicitudinem exposuit ut in omnibus voluntas Dei compleretur. Quo in proposito eius religiosae vitae, eius superabundantis caritatis operis eiusque sanctitatis et evangelicae perfectionis itineris sensus invenitur.

Serva Dei nata est die 31 mensis Decembris anno 1848 in Polonica v.d. *Koziennice* urbe. Iam a tenerissima aetate se ipsam Deo consecrare cupivit. Defuncta matre anno 1870, vitam interiorem acrius excolere incepit iuxta rationem religiosarum regulas aemulantem, se etiam tradens aegrotis visitandis et pueris in doctrinam instruendis. Dein Beatum Honoratum Koźmiński cognovit, novas religiosae vitae absconditae formas condentem, cuius iuxta moderamen institutum olim Nuntiarum Cordis Iesu nomen habens ingressa est. In quo die 1 mensis Iunii anno 1879 votorum fecit professionem. Aliquot post annos, eodem Beato moderante ac superioribus suis consentientibus, Congregationem Sororum Afflictorum instituit. Primum Capitulum anno 1910 Antistitam Generalem eam ipsam elegit. Cum iterum eodem in munere confirmata esset, omnino quinque et quadraginta annos Serva Dei institutum rexit. Quivis laborans pro ea vox erat Christi, auxilium petentis. Ideo pro aegrotis, domo carentibus, senibus, orbatis parentibus ac pauperioribus matribus plurima condidit loca. Sedulitate studuit ut Congregatio, decreto laudis iam anno 1909 adepti, canonice ab Apostolica Sede definitivo modo agnosceretur, quod vero anno 1924 accidit. Tunc religiosae Sororum Franciscalium ab Afflictis nomen habebant.

Serva Dei vitam Domino ministrando impendere habuit propositum. Decem annos nata, castitatis votum emisit, quod postea adulta aetate palam

nuncupavit. Alta eius unio cum Christo, quem diligebat et in Eucharistiam adorabat, necnon docilitas ad actionem Spiritus Sancti eam mulierem sapientem et cultiorem reddiderunt. Operis effectum non tantum ex verbis bonisque praeceptis pendere dicebat, sed etiam ex precatatione, devotione et omnium incommodorum patientia, cum fortitudine ac serenitate. Sic ardenti caritate in Christum eminuit atque in omnes egenos, quos Deus in via eius poneret. Prompta erat ad omnes indignitates perferendas, dumne quispiam indigens derelinqueret. Temporis signa perspicuens, sincera misericordia omnes curavit ac nullo loco numeravit eorum statum vel classem, religiosam confessionem, opinionem vel nationem. Incepta eius quidem necessitatibus vere responderunt, quae inter rei publicae, societatis vel rei pecuniariae mutationes in Polonia apparuerunt et immo increbruerunt secundo dimidio saeculi XIX necnon saeculo XX ineunte. Congregatione moderanda, spirituales filias vitam evangelicam secundum consilia docuit et in votis religiosis fidelitatem. Ecclesiae pastores, apertam quibus oboedientiam praestitit, et societas tam eius operis gravitatem agnoverunt, ut etiam ab auctoritatibus aureo nomismate “propter misericordiam” et a Summo Pontifice Pio XI cruce “pro Ecclesia et Pontifice” exornaretur. Sunt qui dicunt theologales virtutes omnis actus eius fontem fuisse et misericordiae operum eius unitatis rationem.

Animam Deo reddidit in urbe v.d. *Koziencie* die 17 mensis Septembris anno 1927. Cuius post obitum, plurimi quidem testes consensu eius virtutum et sanctitatis famam comprobaverunt.

Quapropter igitur statutum est eius Causam beatificationis et canonizationis incipi. A die 6 mensis Aprilis anno 2013 ad diem 27 mensis Iunii anno 2014 apud Curiam ecclesiasticam Radomensem Inquisitio diocesana celebrata est, quam haec Congregatio de Causis Sanctorum ex iure validam decrevit die 9 mensis Ianuarii anno 2015. Cum Positio confecta et Consultorum Historicorum examini die 5 mensis Decembris anno 2017 esset subiecta, disceptatum est, suetum secundum iter, an Serva Dei in gradu heroico theologales, cardinales iisque adnexas virtutes excolisset. Consultores Theologi faustum die 1 mensis Iunii anno 2021 protulerunt votum. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione die 5 mensis Aprilis anno 2022 coadunati, Servae Dei heroicarum virtutum exercitium agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Casimirae Gruszczyńska, Fundatricis Congregationis Sororum Franciscalium ab Afflictis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Aprilis a. D. 2022.

MARCELLUS Card. SEMERARO  
*Praefectus*

L. ☒ S.

☒ FABIVS FABENE  
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*



# ACTA DICASTERIORUM

## DICASTERIUM PRO EPISCOPIIS

### PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Dicastrio pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus PP., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

*die 6 Maii 2023.* — Titulari Episcopali Ecclesiae Amaurensi R.D. Aloisium Albertum Migone Repetto, e clero archidioecesis Sancti Iacobi in Chile, hactenus ibidem Directorem Spiritualem Seminarii Maioris archidioecesani, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

*die 10 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Quixadensi R.D. Aurelium Pinto de Sousa, e clero dioecesis Tianguensis, ibique hactenus paroeciae *Dominæ Nostrae Assumptionis*, in civitate v.d. Viçosa do Ceará Curionem.

*die 11 Maii.* — Archiepiscopali Ecclesiae Camberiensis atque Episcopalibus Ecclesiis Maurianensi et Tarantasiensi Exc.mum P.D. Theobaldum Verny, hactenus Episcopum titularem Lamzellensem et Auxiliarem archidioecesis Parisiensis.

*die 13 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Colimensi Exc.mum P.D. Gerardum Díaz Vázquez, hactenus Episcopum Tacambarensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Tamdensi R.D. Carolum Albertum Santos García, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Monterreyensis.

*die 16 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Tulcanensi R.D. Carolum Washington Yépez Naranjo, e clero dioecesis Bolivarensis.

*die 19 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Brigantiensi-Mirandensi Exc.mum P.D. Nunilonem Emmanuelem dos Santos Almeida, hactenus Episcopum titularem Ruspensem et Auxiliarem archidioecesis Bracarensis.

*die 19 Maii 2023.* — Episcopali Ecclesiae Sancti Caroli Vurilocensi Exc.mum P.D. Ioannem Carolum Ares, hactenus Episcopum titularem Cercinitanum et Auxiliarem archidioecesis Bonaërensem.

*die 23 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Kalamazuensi R.D. Eduardum Lohse, e clero dioecesis Eriensis, ibidem hactenus Vicarium Generalem et Moderatorem Curiae necnon Curionem paroeciae Sanctae Iuliae in oppido Eriensi.

*die 24 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Tuumbanae Exc.mum P.D. Canicum Michaëlem Howell, hactenus Episcopum titularem Thamugadensem et Auxiliarem archidioecesis Brisbanensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Thysdritanae Exc.mum P.D. Richardum Hoepers, hactenus Episcopum Rivograndensem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Brasiliapolitanae

— Episcopali Ecclesiae Sancti Ioannis Baptistae de Calama R.D. Thomam Abelem Carrasco Cortés, e clero dioecesis Sanctae Mariae Angelorum, ibidem hactenus Paroeciae Sacrae Familiae Curionem.

— Episcopali Ecclesiae Antipolensi Exc.mum P.D. Rupertum Cruz Santos, hactenus Episcopum dioecesis Balangensis.

*die 26 Maii.* — Titulari Episcopali Ecclesiae Vitensi R.D. Robertum Romaninho Mariz, e clero archidioecesis Bracarensis, ibique hactenus paroeciae vulgo nuncupatae «*São José de São Lázaro*» Parochum, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Portugallensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Partheniensi R.D. Ioachimum Proença Dionísio, e clero dioecesis Lamacensis, ibique hactenus Parochum et Sanctuarii vulgo nuncupati «*Nossa Senhora da Lapa*» Rectorem, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Portugallensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Horrensi R.D. Michaëlem di Tolve, e clero archidioecesis metropolitanae Mediolanensis, hactenus ibidem Curioni paroeciarum v.d. «*San Giovanni*» et «*Passirana*» in oppido vulgo nuncupato *Rho*, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

*die 26 Maii 2023.* — Metropolitanae Ecclesiae Bonaërensi Exc.mum P.D. Georgium Ignatium García Cuerva, hactenus Episcopum Rivogallaecensem.

*die 29 Maii.* — Episcopali Ecclesiae Abulensi R.D. Iesum Rico García, Membrum Sodalitatis Sacerdotum Operariorum Dioecesanorum Cordis Iesu, hactenus Rectorem Pontificii Collegii Hispani S. Ioseph Romae.

*die 30 Maii.* — Metropolitanae Ecclesiae Campensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Georgium Leonem Thomas, hactenus Episcopum Campensem.

*die 31 Maii.* — Titulari Episcopali Ecclesiae Aguntiensi R.D. Fabianum Albertum Belay, e clero archidioecesis Rosariensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Deultensi R.D. Ernestum Iosephum Fernández, e clero archidioecesis Rosariensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Episcopali Ecclesiae Amargosensi R.D. Juraci Gomes de Oliveira, e clero archidioecesis Sancti Salvatoris in Brasilia, ibique hactenus Vicarium Generalem.

— Episcopali Ecclesiae Barrensi R.P. Ioannem Baptistam Alves do Nascimento, Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodalem, hactenus Sanctuarii vulgo nuncupati «*Bom Jesus da Lapa*», in dioecesi Spelaeopolitana a Bono Iesu, Rectorem.

*die 1 Iunii.* — Episcopali Ecclesiae Cuneensi-Fossanensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Petrum Delbosco, hactenus Episcopum dioecesium Cuneensis et Fossanensis, in persona Episcopi unitarum.

*die 2 Iunii.* — Episcopali Ecclesiae Ebroicensi R.D. Olivarium de Cagny, e clero archidioecesis Parisiensis, ibique hactenus Rectorem Seminarii maioris.

## DIARIUM ROMANAE CURIAE

---

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 8 maggio, S.E. il Sig. ALBERTO OSPINA CARREÑO, Ambasciatore di Colombia;

Sabato, 13 maggio, S.E. il Sig. EINAR GUNNARSSON, Ambasciatore di Islanda;

Sabato, 13 maggio, S.E. il Sig. MOHAMMAD SUFIUR RAHMAN, Ambasciatore del Bangladesh;

Sabato, 13 maggio, S.E. il Sig. LOUAY FALLOUH, Ambasciatore della Repubblica Araba di Siria;

Sabato, 13 maggio, S.E. la Sig.ra FATOU BOM BENSOUA, Ambasciatore del Gambia;

Sabato, 13 maggio, S.E. il Sig. KAIRAT SARZHANOV, Ambasciatore di Kazakhstan.

Il Romano Pontefice ha altresì ricevuto in Udienza:

Sabato, 6 maggio, S.E. la Sig.ra VIOLA AMHERD, Vice Presidente della Confederazione Elvetica;

Sabato, 13 maggio, S.E. il Sig. VOLODYMYR ZELENSKYI, Presidente dell'Ucraina;

Lunedì, 22 maggio, S.E. la Sig.ra NATAŠA PIRC MUSAR, Presidente della Repubblica di Slovenia;

Lunedì, 29 maggio, S.E. il Sig. SERGIO MATTARELLA, Presidente della Repubblica Italiana.

Il Santo Padre Francesco si è recato presso il Pontificio Istituto Patristico *Augustinianum*, in occasione della giornata conclusiva del primo Congresso Mondiale delle «Eco-Città Educative», organizzato dal movimento *Scholas Occurrentes* e dalla Banca di Sviluppo dell'America Latina, il giorno 25 maggio.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

- |    |        |      |  |
|----|--------|------|--|
| 18 | maggio | 2023 | S.E.R. Mons. Savio Hon Tai-Fai, Arcivescovo tit. di Sila, Nunzio Apostolico in Malta, <i>Nunzio Apostolico in Libia</i> .  |
| »  | »      | »    | S.E.R. Mons. Piergiorgio Bertoldi, Arcivescovo tit. di Spello, finora Nunzio Apostolico in Mozambico, <i>Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana e Delegato Apostolico in Porto Rico</i> . |
| 22 | »      | »    | S.E.R. Mons. Nicolas Henry Marie Denis Thevenin, Arcivescovo tit. di Eclano, Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba di Egitto, <i>Nunzio Apostolico nel Sultanato dell'Oman</i> .              |

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

- |    |        |      |   |
|----|--------|------|---|
| 25 | aprile | 2023 | Il Ch.mo Prof. Mario De Nonno, Ordinario di Letteratura Latina presso il Dipartimento di Studi Umanistici dell'Università degli Studi Roma Tre (Italia), <i>Presidente della Pontificia Accademia Latinitatis «ad quinquennium»</i> .   |
| »  | »      | »    | Il Ch.mo Prof. Paolo D'Alessandro, Ordinario di Filologia Classica presso il Dipartimento di Studi Umanistici dell'Università degli Studi Roma Tre (Italia) e Docente di Codicologia presso la Scuola Vaticana di Paleografia, Diplomatica e Archivistica, <i>Segretario della Pontificia Accademia Latinitatis «ad quinquennium»</i> . |
| 9  | maggio | »    | L'Em.mo Sig. Card. Leonardo Sandri, Prefetto emerito del Dicastero per le Chiese Orientali, <i>Membro del Dicastero per l'Evangelizzazione, nella Sezione per la prima evangelizzazione e le nuove Chiese particolari, «usque ad octogesimum secundum annum aetatis»</i> .  |
| »  | »      | »    | Il Rev.do Mons. Graham Bell, <i>Sotto-Segretario del Dicastero per l'Evangelizzazione, nella Sezione per le questioni fondamentali dell'evangelizzazione nel mondo, «ad quinquennium»</i> .   |
| 15 | »      | »    | Il Rev.do Mons. Renzo Pegoraro, <i>Cancelliere della Pontificia Accademia per la Vita «ad aliud quinquennium»</i> .   |
| 16 | »      | »    | Il Rev.do P. Wojciech Giertych, O.P., <i>Teologo della Casa Pontificia «usque ad septuagesimum quintum annum aetatis»</i> .   |
| 2  | giugno | »    | Il Ch.mo Prof. Avv. Venerando Marano, Giudice presso il medesimo Tribunale, <i>Presidente Aggiunto del Tribunale dello Stato della Città del Vaticano con decorrenza 1° gennaio 2024</i> .  |

- 
- 2 giugno 2023 L'Em.mo Sig. Card. Kevin Joseph Farrell, Prefetto del Dicastero per i Laici, la Famiglia e la Vita, *Presidente della Corte di Cassazione dello Stato della Città del Vaticano, con decorrenza 1° gennaio 2024, «ad quinquennium».*
- Gli Em.mi Sig.ri Cad.li: Matteo Maria Zuppi, Arcivescovo di Bologna; Augusto Paolo Lojudice, Arcivescovo di Siena-Colle di Val d'Elsa-Montalcino; Mauro Gambetti, O.F.M. Conv., Vicario Generale di Sua Santità per la Città del Vaticano, *Giudici della medesima Corte di Cassazione dello Stato della Città del Vaticano, con decorrenza 1° gennaio 2024, «ad quinquennium».*
- La Ch.ma Prof.ssa Antonia Antonella Marandola, Professore ordinario di Diritto processuale penale all'Università degli Studi del Sannio, e la Ch.ma Prof.ssa Chiara Minelli, Professore ordinario di Diritto Canonico all'Università degli Studi di Brescia, *Giudici Applicati della menzionata Corte di Cassazione dello Stato della Città del Vaticano, con decorrenza 1° gennaio 2024, «ad triennium».*

## NECROLOGIO

7	maggio	2023	Mons. Patrick Joseph McGrath, Vescovo em. di San Jose in California ( <i>Stati Uniti d'America</i> ).
9	»	»	Mons. Edward Peter Cullen, Vescovo em. di Allentown ( <i>Stati Uniti d'America</i> ).
10	»	»	Mons. Carlos Jesús Patricio Baladrón Valdés, Vescovo em. di Guantánamo-Baracoa ( <i>Cuba</i> ).
11	»	»	Mons. Kyrillos William, Vescovo em. di Assiut dei Copti ( <i>Egitto</i> ).
14	»	»	Mons. Guerrino Ricardo Brusati, Vescovo em. di Janaúba ( <i>Brasile</i> ).
	»	»	Mons. Karl Hesse, M.S.C., Arcivescovo em. di Rabaul ( <i>Papua Nuova Guinea</i> ).
15	»	»	Mons. Valentin Pozaić, S.I., Vescovo tit. di Pedena, già Ausiliare di Zagreb ( <i>Croazia</i> ).
18	»	»	Mons. Giuseppe Casale, Arcivescovo em. di Foggia-Bovino ( <i>Italia</i> ).
23	»	»	Mons. Alojz Tkáč, Arcivescovo em. di Košice ( <i>Slovacchia</i> ).
28	»	»	Mons. Ernest Bertrand Boland, O.P., Vescovo em. di Multan ( <i>Pakistan</i> ).
29	»	»	Mons. Victor Benito Galeone, Vescovo em. di Saint Augustine ( <i>Stati Uniti d'America</i> ).